



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorum|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. XXII. Notificatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

Invent. hered. §. septimo principaliter videndum n. 25. Bald. & Aret. in d. cap. qvoni. um. extr. de probat. vide hac de re Dominic. de civitate Vifentana in suo tract. de Notariis p. 3. c. 1. versum Azo dicit. Tiraq. in tract. suo de retract. municipal. §. 8. gl. 9. n. 36.

IX.

Simplicitas Notarii non debet nocere partibus, l. fin. ibi nec simplicitas sufficientium & ibi gl. C. de fidejuss. l. si librarius 92. ff. de R. I. Conf. Argent. l. conf. u. z. num. 40. Mantie. de tac. convent. lib. 2. tit. 9. n. 2. neque etiam ejus error in sermone fidem instrumenti labefactare. l. 8. de stat. hom. d. l. 92. de R. I. l. qui habebat 54. de manumiss. test. an. d. errore 7. C. de test. vid. Costal. ad d. l. 8. ff. de stat. hom.

X.

Notarius in propria sua causa officium suum exercere non potest. Matth. Stephan. de jurisdictione c. 5. num. 24. pro uxore tamen instrumentum potest conficere. Matth. Steph. ibid. n. 27. C. I. A. de fide instrum. tb. 5.

XI.

Notarius semel electus amplius mutari non potest. Bald. in l. 2. num. 10. versum nunquid. C. qvomodo & quando judex. Pacian. l. conf. 25. num. 18.

Declara verum esse, quando res non sit amplius integra, quia semel fuit approbatus, secus si res adhuc integra, tunc enim Notarius pro libitu voluntatis removeri potest. Dec. in c. qvoni. am. contra num. 43. versum & Notarius semel electus. extr. de prob. ibid. Felin. notab. 2. per text. in c. 2. de procur. in 6.

CAP. XXII.
Notificatio.

Axioma I.

Notificatio facta ab eo, qui nullum jus habet, ad nihilum eum adstringit, cui notificatio facta fuit. l. si major. 13. C. de rescind. vend. l. si fundum 17. C. de rei vindic. Ludov. Rom. conf. 204. n. 11. vid. sup. lib. 4. c. Denunciatio. 15.

II.

Notificatio fieri debet soluturis collectas, antequam dies solutionis advenit, neque Exactores cum ipsa Notificatione mittendi. Brunnem. in l. 2. C. de Indict.

CAPUT XXIII.
Notio.

Axioma I.

Notionis vox generalior quam cognitionis. l. 99. de V. S. differunt enim inter se, quantum genus à specie. Si quidem notio est quolibet causae cognitio, sive ea jure Magistratus expediatur, sive absque jurisdictione, h. e. Magistratus jure. Lat. Prator 5. & ibi Duar. ff. de re judic. Cognitio autem ea saltem est causarum notio, quae jure Magistratus & vi jurisdictionis exercetur; omnes itaque ii, qui cognitionem habent, habent etiam notionem; at non con-

tra d. Lat. Prator. l. à Divo Pio 15. ff. de re judic. l. solent 6. ff. de offic. proconsul. cognitionum 5. ff. de var. & extr. not. l. cognitio 4. de offic. ejus, cui mand. est jurisd. Brecheus ad d. l. 99. de V. S. num. 6.

II.

Notionis species est jurisdictio. l. 99. de V. S. l. 1. §. initio 4. ff. de offic. praefect. Urb. l. ex omnibus 10. ff. de offic. praesid. l. 5. ff. de re judic. Est enim notio nihil aliud, quam potestas quaedam cognoscendi examinandi quae factum. l. 3. §. Cause cognitio 4. ff. de Carbon. edict. l. cum hi 8. §. vult igitur oratio 8. ff. de transact. l. 4. ff. de offic. ejus, cui mand. jurisd. ut ita quid juris sit statuatur. d. l. 4. & d. l. 8. §. 8. ff. de transact. Intellige verum, quatenus ea tanquam facultas materialis inest jurisdictioni, ut genus speciei, secus si oppositive eam consideres. Coedd. ad d. l. 99. de V. S. n. 6. vid. Dn. D. Biccium in reb. qvotidian. sect. 3. n. 39. C. I. A. lib. 2. tit. 1. tb. 5. & seqq.

CAPUT XXIV.

Notitia, Notorium,
conf. Clarum.

Axioma I.

Judex loci melius censetur nosse conditionem personarum, quam remotiores, cap. 23. extr. de sent. excomm. unde & notitia facti loci vicini, ex vicinitate praesumitur, cap. qvotidam. 7. extr. de praebend.

II.

Hae quatuor: (1.) publicum, (2.) manifestum, (3.) evidens, (4.) Notorium, eis tantum Phoev. idem possunt, c. 3. de consang. & affinit. cap. l. qui matrim. accusar. possit. 4. de divor. Cujac. in recitat. ad cap. vestra 7. extr. de cohabit. Cleric.

III.

Notorium est, quod se ipsum ostendit, nec est necesse, ut ab altero ostendatur. l. 1. ff. de rescript. in integr. Angel. in singular. verb. Notorium. num. 7. Dicitur enim Notorium quod ad eum omnibus liquet, ita ut negari non possit. Innocent. in c. sicut in gloss. magna versum notorium de cohabit. Cleric. Unde etiam notorium esse illud, si fiat coram decem viris, qui populum constituere possunt, perhibent Dd. in l. ea quidem. C. de accusat. ita notorium de quolibet actu esse posse, ut de officio text. est in l. 1. ubi gloss. Capi & advers. qvot. sicut notorium est, Barbarium gessisse Praturam. l. Barbarius 3. ff. de offic. Prator. de maleficio. d. cap. sicut. d. l. ea quidem. de contractu. l. 1. C. de his qui in Eccles. manumitt. Angel. d. loc. num. 13. ubi illud duplex esse ait, veritatis nimirum & praesumptionis per l. at qui natura 19. §. cum me 3. absente. ubi gloss. ff. de negot. gest. quapropter possessionem notoriam facere, dominium notorium praesumptivè ex l. penult. ff. de condit. n. sit. 4. Titia cum 48. ff. de solut. concludit. idem Angel. d. loc.

IV.

Notorium etiam illud dicitur, de quo fama publica est. gloss. in lat. qui natura §. cum me absente verb. communiter. ff. de negot. gest.

Intel-